

PRECES

Sérviā!

V. Ad Trinitatem Bea-
tissimam.

R. Grátias tibi, Deus,
grátias tibi: vera et una
Tríntitas. una et summa
Déitas, sancta et una Uni-
tas.

V. Ad Iesum Christum
Regem.

R. Dóminus Iudex
noster; Dóminus Légifer
noster; Dóminus Rex
noster. Ipse salvabit nos.

V. Christe, Fili Dei vivi,
miserere nobis.

R. Christe, Fili Dei vivi,
miserere nobis.

V. Exsurge, Christe,
ádiuva nos.

R. Et líbera nos propter
nomen tuum.

V. Dóminus illuminatio
mea et salus mea: quem
timebo?

R. Si consistant adver-
sum me castra, non timebit
cor meum; si exsurgat
adversum me proélium, in
hoc ego sperabo.

V. Ad Beatam Vírginem
Mariam Mediatrixem.

R. Recordare, Virgo Ma-
ter Dei, dum stéteris in
conspectu Dómini, ut lo-
quaris pro nobis bona.

V. Ad Sanctum Joseph
Sponsum Beatae Mariae
Vírginis.

R. Fecit te Deus quasi
Patrem Regis, et dómimum
universae domus eius: ora
pro nobis.

V. Ad Angelos Custo-
des.

R. Sancti Angeli Custo-
des nostri, deféndite nos in
prólio ut non pereamus in
tremendo iudicio.

V. Ad Sanctum Iosephma-
riam Conditorem nostrum.

R. Intercede pro filiis tuis
ut, fideles spirítui Operis
Dei, laborem sanctificemus
et ánimas Christo lucrifá-
cere quaeramus.

V. Oremus pro Beatís-
imo Papa nostro **N.**

R. Dóminus conservet
eum, et vivíficet eum, et
beatum fáciat eum in terra,
et non tradat eum in áni-
mam inimicorum eius.

V. Oremus et pro An-
tístite huius dioecesis.

R. Stet et pascat in for-
titúdine tua, Dómine, in
sublimitate nóminalis tui.

V. Oremus pro unitate
apostolatus.

R. Ut omnes unum sint,
sicut tu Pater in me et ego
in te: ut sint unum, sicut
et nos unum sumus.

V. Omne regnum divi-
sum contra se, desolábitur.

R. Et omnis cívitas vel
domus divisa contra se
non stabit.

V. Oremus pro bene-
factóribus nostris.

R. Retribúere dignare,
Dómine, ómnibus nobis bo-
na faciéntibus propter no-
men tuum, vitam aeternam.
Amen.

V. Oremus pro Patre.

R. Misericórdia Dómini
ab aeterno et usque in ae-

ternum super eum: custodit enim Dóminus omnes diligentes se.

V. Oremus et pro frátribus nostris Operis Dei, viuis atque defunctis.

R. Salvos fac servos tuos, Deus meus, sperantes in te.

V. Mitte eis, Dómine, auxílium de sancto.

R. Et de Sion tuere eos.

V. Réquiem aeternam dona eis, Dómine.

R. Et lux perpétua lúceat eis.

V. Requiescant in pace.

R. Amen.

V. Dómine, exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

Sacerdos, si Preces moderatur, exsurgit et addit Dóminus vobiscum, stans etiam dum recitat orationem.

V. Dóminus vobiscum.

R. Et cum spíitu tuo.

Oremus.

Deus, cui próprium est misereri semper et párcere: súscipe deprecationem nostram. Ure igne Sancti Spíritus renes nostros et cor nostrum, Dómine: ut tibi casto córpore serviamus, et mundo corde placeamus.

Actiones nostras, quaésumus Dómine, aspirando praéveni et adiuvando proséquere: ut cuncta nostra orátió et operátió a te semper incípiat, et per te copta finiatur. Per Christum Dóminum nostrum.

R. Amen.

Omnes dicunt:

Gáudium cum pace, emendationem vitae, spátium verae poeniténtiae, grátiam et consolationem Sancti Spíritus atqüē in Opere Dei perseverántiam,

tríbat nobis Omnipotens et
Misericors Dominus.

V. Sancte Michael.

R. Ora pro nobis.

V. Sancte Gabriel.

R. Ora pro nobis.

V. Sancte Raphael.

R. Ora pro nobis.

V. Sancte Petre.

R. Ora pro nobis.

V. Sancte Paule.

R. Ora pro nobis.

V. Sancte Ioannes.

R. Ora pro nobis.

Cum adsit aliquis Sacerdos, dignior ait:

Iube, Domne, benedicere.

Sacerdos benedicit:

Dominus sit in cordibus vestris, et in labiis vestris, in nomine Patris ☩ et Filii et Spiritus Sancti.

R. Amen.

V. Pax.

R. In aeternum.

CONCORDAT CUM ORIGINALI IN ARCHIVO PRAELATURAEE
ASSERVATO. =DR. THOMAS G. BOHLIN.
=ROMAE, 6 OCTOBRIS 2002.

C 48